



**I**tem grammatica docet significata vocabulorum exornare. et formam placitam intelligere. Igitur fructuositas eius non est obliuenda. **I**tem seneca dicit de grammatica. hec est scientia qua aperta omnes alie scientie aperiuunt. Quia clausa omnes alie scientie claudunt. **I**tem dicit Eusebius de eadem. Qui querit alias scientias sine grammatica querit terminum sine via. introitum domus sine ianua. puerum sine matre. huiusmodi

reddit possessio. Rhetorice quidem lepos. quadruiuialium quod est honos studij acquisita operatione non habent obmitti pro posse. In hijs autem studij puritas florem generat. fructusque paritur. si permixta fuerit dubitatio: et tempestiua.

**I**tem de eorum rudimentis et virtutum incrementis: Nunc de eorum subiectione breuiter

totius cognitionis ianua. omniumque linguarum errantium et metrorum mensura. **I**tem notandum. quod quinque sunt ab inquisitione scientiarum nos retrahentia. Primum est vita voluptuosa consistens in delectatione finis gustum et tactum. dedit enim sensibilibus non dantes opera intellectualibus bestijs sunt conformes. Unde hermetismogisti antiquos ydeoras vel tam sensuale diligentes increpans ait. Tales enim nulli humanorum opera dederunt. sed more pecorum vitam expederunt. Secundum est vita civilis. quodam enim intantum se negocijs secularibus immiscet. quod ad studium sunt inepti. Tertium est defectus necessariorum. Unde philosophus decimo ethico scribit. licet philosophari sit melius quam ditari simpliciter. tamen non indiget. Preterea alibi dicitur idem. quod acquisitis vite necessarijs antiqui sacerdotes egypti propter amirari ceperunt philosophari. Paucis tamen philosophus indiget. Paucis enim natura minimisque contenta est. Quartum est negocia quod maxime est detestanda. Cum bonum anime precedit bonum corporis. Homines enim pro bonis corporalibus marinos sufferunt labores. potius tamen pro bonis anime esset laborandum. Sicut enim anima nobilior est corpore. sic bona anime bonis corporibus sunt meliora. Quintum est desperatio. cum enim intellectus noster de sui natura sit imperfectus. eo quod se habet a principio sue creatiois tanquam tabula rasa in qua nihil est depictum. depingibilis tamen scientijs et virtutibus. Cum omne perfectibile naturaliter inclinatur in suam perfectionem. homo tamen inclinatur non frustrari firmiter tenendum est. nec quicumque modo desperandum